

**Stanislavich Miklós csanádi püspök 1741-ben a Hódmezővásárhely körül fekvő puszták – Mágocs, Batida, Csomorkány, Sámson és Kutas – ügyében ír gróf Károlyi Sándornak. Levelében az említett puszták jogi helyzetéről tudakozódik, mert a török hódoltság előtti időszokról nincs információja. Azt viszont tudja, hogy a felszabadító háborúk után a csanádi egyházmegyéhez csatolták azokat. A birtokokat az előző csanádi püspök, Nádasdy László használta és kapta meg örök életre szóló haszonbérleti szerződés keretében. A pusztákat ekkor Makó és Hódmezővásárhely lakosai bérelték tőle. A püspöki szék elfoglalása után tett körútján szembesült az egyházmegye szegénységével. Hivatali ideje alatt ezen kívánt változtatni. A makói uradalmat örökjogon szeretne volna megkapni. Ezzel kapcsolatban címezte ezen levelét Károlyi Sándorhoz is.<sup>1</sup> Stanislavich fáradozása nem volt hiábavaló, Károlyinak intézett levele után nem sokkal, 1742-ben Mária Terézia Makó városát, s a Hódmezővásárhely körül elterülő pusztákat örök jogon a csanádi püspökségnek adományozta.<sup>2</sup>**

[fol. 1r]Excellentissime ac Ill[ustrissi]me Domine Comes, Campi Mareschale!  
Domine Gratosissime!

Congenitae, passimque depraedicatae pretati et gratiae Excellentiae Vestrae innixus fiducialiter, ut ut ignotus, gratiosos ejusdem obtutus mediantibus hisce lineolis adire audeo, quibus Excellentiae Vestrae mea obsequia devotissima, et ad Deum precer pro longaeva tanti patroni incolumitate submisce offero. Praeterea enixissime rogo: dignetur gratoso Excellentia Vestra excipere animo, qua ego respectioso atque humili pure ob conscientiae remorsum, non autem contentioso, exponenda assumo: Reperi interscripta ecclesiae meae nonnulla documenta litteraria declarantia praedia quadam nunc deserta, tum olim ante infaustum Turcarum in Hungaria Tyrannicum Dominium, tum post felicem recuperationem illarum partium ad Ecclesiam Csanadiensem et ejus episcopos spectasse, novissime vero occasione qua Excellentia Vestra emere dignata fuisset bona Slikiana Vasarhely etc. (quo tempore plane oppidum hocce dicta praedia a praedecessore meo ep[iscop]o Csanadiensi Comite de Nadasd erga annum censum usuaret) nescio qualiter sub nomine appertinentium una fuerint involuta, atque ab illo tempore ecclesiae subtracta, forte incuria aut inadvertentia utriusque partis officialium. Nefas enim est Excellentissime Domine Comes de Sua aequitate justitia et rectitudine sinistri quid judicare, cujus eximia in Ecclesias Dei pietas ex antiquo et haereditarie a munificentissimis antecessoribus ac velut cum lacte imbibita orbi Hungarico et Christiano nota super abunde existit. Nefas etiam quoquo modo eandem vel in minimo offendere. Id unice obsequentissime rogo: ut cum Deus T[er] O[ptimus] Maxim[us] Excellentiae Vestrae, Excellentissimaeque Suae Familiae benedixerit copiose idemque larga sua ulterius benedictione clementissime foecundet, [fol. 1v] conservet, felicemque in omnibus quidem, praesertim in Ill[ustrissi]mi Domino Comite Herulo, moribus prope angelicis praedito, prosperam atque beatam reddat dignaretur Excellentia Vestra summam egestatem Ecclesiae Csanadiensis a S[ancto] Rege Stephano fundatae et ample dotatae a S[ancto] Gerardo 1<sup>mo</sup> Episcopo rectae olim quidem decorae nimis nunc ad incitas ferme redactae compassivo intueri oculo, atque cum ea christianam commiserationem habere: praefataque praedia Magocs, Battida, Csomorkany, Samson et Kuttas quocunque demum titulo,

<sup>1</sup> MNL OL Károlyi család nemzetségi levéltára. Missiles P 398 nr. 66739.

<sup>2</sup> Martin Roos: Erbe und Auftrag. Momente aus der Vergangenheit der Diözese Csanád und ihrer Nachfolgebistümer, Bd. 1. Die alte Diözese Csanád. Zwischen Grundlegung und Aufteilung 1030 bis 1923. Teil 2: Vom Barock bis zur Revolution 1718-1850. Teilband a/1718-1800, Szeged – Nagybecskerek - Temesvár, Im Selbstverlag der drei Bistümer, 2010, 156. Oltványi Pál: A csanádi püspöki megye birtokviszonyainak rövid története, Szeged, 1867, 25.

praesertim novi fundatoris et benefactoris eidem ecclesiae reapplicare, qua porro si Excell[entissi]ma Familia ulterius usuare placuerit, liberum omnino sit prout melius in D[omi]no visum fuerit cum aliquali tamen juvamine ecclesiae desolatae. Quod pium opus profecto superadet coronam apud Deum mentis Excellentiae Vestrae, quibus praeonusta post plura adhuc lustra, ut ferventissime precor, hic in via feliciter peragenda demum laeta ante Tribunal Dei Judicis comparebit. Sed neque Excell[entissi]ma saepe fata prosa pia sua, divitiis aliunde Divina ope largiter provisa damnum in eo patietur, quinimo profusam ab altissimo in hoc quoque seculo merebitur remunerationem. Age ergo Excellentissime Domine Comes! Pro Deo, pro ecclesiae salute, pro anima sua delictissima, denique pro obtinenda suis charissimis pignoribus etiam imposterum a supremo numine amplissimam benedictionem: Resolutionem hanc munificam exemplo suorum majorum assumat. Se ipsum in eo vineat, atque de sui victoria gratissimum Deo Opt[imo] holocaustum pro perpetua Excellentiae Vestrae in sacris memora generosissime, ut assolet, offerat. Ego vero, ut ut humilis, [fol. 2r] successores mei, et tota ecclesia, non tantum haec mea (sed et illa Universalis Mater Nostra per consequens) verum et ejus filii, pro Excellentia Vestra Excellentissimaeque Familiae Longaeva incolumitate, felicitate et sospitate, pro majorum denique suorum, et sanguine junctorum animabus in domino defunctorum summum numen perpetuis ac serventissime exorare tenebimur. Qui in terea gratiis et Patrocinio Excellentiae Vestrae iterum, iterumq[ue] me humiliter commendans perenno.

Excellentiae Vestrae

Posonii 12. Decembris 1741.

Obligatissimus Devotiss[i]mus Servii  
Fr[anciscus] Nicol[a]us Ep[iscopu]s Csanadiensis  
M[anu] P[ro]p[ria]